

Recognitio Consiliariorum Prussiae de praestito Sigismundo Augusto
fidelitatis juramento. Dato Piotrkovia Anno 1549 Feria
2da infra Octavas Trium Regum. Ca Originali Sigil: C.

Nos Terrarum Prussiae Consiliani infra scripti fatemur et reco-
gnoscimus presentibus, quod cum essemus in Consilium Terra-
rum Prussiae recepti, iuxta formulam nobis missam, supersti-
te adhuc Divo Rege Sigismundo primo, non illi solum, sed et
Serenissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo Augusto,
jam inde ab annis prope decem et novem Regi electo et coro-
nato, juramentum debite fidei et subjectionis praestitimus quo
nos fatemur teneri, et semper teneri volumus. At iuxta pra-
estiti per nos juramenti formam fideles nos et obediens sub-
ditos et consilarios fore Majestati ejus, promittimus et spon-
demus, in cuius rei fidem et testimonium sigilla nostra pra-
sentibus appendi iussimus et manibus nostris subscripsimus.
Actum et Datum Piotrkovia in Comitibus Generalibus Feria
secunda infra Octavas Trium Regum Anno Domini Mil-
lesimo Quingentesimo Quadragesimo Nono.

Videmannus Episcopus Culmen:
sis manu mea subscripsi.

Jan Dziatynsky Kasztelan Chetminski
z roku wtasnu

Georgius vero Conopat Elbingensis
Castellanus

Fabian Czeme Danzker Castellanus

Raphael a Conopath Succamerarius
Culmensis.

Ex Originali, wisi pieczgi w zese, sam
oryginal Inayduiesię w Metrykach
ford.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

AMERICAN UNIVERSITY
LIBRARY